



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1847**

CLXXX. Der Herzog Rudolph versichert dem Bischofe von Brandenburg noch besonders, daß er nur allein im Bunde mit ihm handeln wolle, am 14. Nov. 1320.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54048)

rem Obulam ab Obula que dicitur Cotzinre Havele et loco, qui dicitur Bifebusch versus Cotzin supra curiam Trebegow usque ad inferiorem Obulam ad locum, qui dicitur Vurstede, cum proprietate, hereditate, limitationibus, superiori et inferiori iudicio, tractibus, gurgustis, piscationibus et omnibus eorum pertinentiis libere, quod nullus cum Puvert, Alrep, Lamme, Hevecorven, Rufestellen, Clevenetten, Czocheren nec aliquo genere seu officio piscationis possit nec audeat piscare, nisi de predictorum prepositi et capituli scientia et voluntate speciali, excepta parva piscatura, que dicitur Floken, que sola in quibusdam locis prefate Obule poterit exerceri, ac cum omni libertate ac proprietate perpetuis temporibus possidendam pro centum et viginti marcis argenti Brandenburgensis nobis jam libratas et traditis, renunciantes prefatis Obule proprietati, hereditati ac omnibus et singulis, que nobis et nostris successoribus in premissis competere possint quomodolibet in futurum. Ut autem hec venditio etc. Datum Brandenburg, anno domini M. CCC. XX. V Kal. Maji. Testes hujus rei sunt: Dominus Johannes Gruvelhut, canonicus majoris ecclesie Magdeburg., Gotzvinus, noster capellanus, Johannes de Barbi, clerici, dominus Hinricus Wopack, Hardegen de Bardeleve et Henningus de Vorlande milites et alii quam plures fide digni.

*Nach einer Copie im ältern Copiario.*

*Die Urkunde ist zwar in dem Copialbuche vom Jahre 1321 datirt, da indes der Tag der Ausstellung und die Zeugen dieselben sind, wie in den vorherigen Urkunden, so glauben wir, daß sie ebenfalls in das Jahr 1320 gehört.*

**CLXXX.** Der Herzog Rudolph versichert dem Bischofe von Brandenburg noch besonders, daß er nur allein im Bunde mit ihm handeln wolle, am 14. Nov. 1320.

Nos Rudolphus, dei gratia dux Saxonie etc. venerabili in Christo patri ac domino, Johanni Brandenburgensis ecclesie episcopo, Johanni, ejusdem ecclesie preposito ac aliis prepositis et clericis ejusdem diocesis Brandenburgensis pro eo, quod iustis et legitimis appellationibus nostris et sententiis et aliis processibus iudicum pro venerabili in Christo patre ac domino Borchardo, sancte Magdeburg. ecclesie archiepiscopo a sede apostolica datorum per nos et procuratores nostros ad quoscunque iudices superiores, interjectis quoad iustitiam astant, promissimus et promittimus per presentes, nos nullam cum predicto archiepiscopo velle habere ordinationem seu compositionem, nisi ipsi, videlicet prefatus dominus episcopus, prepositi ac ceteri clerici totius Brandenburgensis diocesis predictae ordinationi vel compositioni sint totaliter interclusi, et quod stabimus appellationi dicti domini Johannis Brandenburgensis episcopi, a predicto domino Borchardo, sancte Magdeburgensis ecclesie archiepiscopo, ad sedem apostolicam interjecte. Expensas etiam factas et faciendas in causa sue appellationis sicut in nostris causis, pecunia nostra propria perfolvere, dilectus frater noster, dux Wentzlaus, et filii nostri predictam ordinationem integre observabunt. Datum Brandenburg, anno domini M. CCC. XX. feria VI. post diem beati Martini episcopi et confessoris.

*Nach einer Copie im Copialbuche.*